

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

**Wiegand, Wilhelm**

**Straßburg, 1879**

1155 - 1156

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

Onolvesheim, de quo solvebantur monasterio annuatim sex frumenti quartalia. quod præpositus atque ejus canonici ita susceperunt et prædictam curiam publica cambitione et festucatione econtra libere coram idoneis testibus tradiderunt. præterea aditum vel transitum viæ ad ecclesiam per vicinam curiam abbati ejusque successoribus ac fratribus perpetuo concesserunt cum assensu et voluntate Alberonis 5 magistri, qui ipsam tunc habebat curiam<sup>1</sup>. hæc omnia apud sanctum Petrum gesta sunt legitime et duximus ordine<sup>a</sup>. nos quoque rogatu venerabilis fratris nostri Conradi abbatis, gratia etiam divine remunerationis gesta hæc coram clero et populo recitari fecimus et sæpedictam curiam in defensionem sanctæ Argentinensis ecclesiæ suscepimus et præfato eam cœnobio libere perpetuo possidendam banno episcopali 10 confirmavimus. cartam hanc confirmationis causa inde conscribi fecimus, sigilli quoque nostri impressione ac testium subscriptione roboravimus. testes dominus Reginhardus præpositus majoris ecclesiæ, dominus Hartbertus magister scholarum majoris ecclesiæ et præpositus ecclesiæ beati Petri, Lantfridus cantor, Henricus camerarius, Conradus archidiaconus canonici majoris ecclesiæ; Rudolfus, Wilhelmus 15 canonici beati Thomæ; Erholderanus, Albero magister, Henricus custos ecclesiæ beati Petri apostoli; dominus Anselmus advocatus Argentinensis, dominus Otto advocatus Maurimonasterii, Cuno de Quatzenheim advocatus ecclesiæ beati Petri, Waltherus causidicus, Dithericus præfectus et fratres ejus Sifridus et Eberhardus, Simon et nepos ejus Wernerus, Waltherus judex, Hecele<sup>b 2</sup> de Wangen, Lentfridus, 20 Renerus<sup>c</sup> causidicus et alii plures. anno ab incarnatione domini 1155, indictione 3, Adriano papante, Friderico regnante.

*B aus Straßb. Bez.-A. H fasc. 558 cop. chart. sec. XVII.*

106. Kaiser Friedrich I erklärt wie die Dienstmannen des Domstifts so auch die von St. Thomas und St. Peter zu Straßburg für frei von allen fiscalischen 25 Abgaben. 1156 Januar 25 Straßburg.

In nomine sancte et individue trinitatis. Fridericus divina favente clementia Romanorum imperator augustus. quamvis imperialium [weiter wie in nr. 75 bis

a) Offenba corruptierte Stelle. b) B Necele offenbar corruptirt aus Hecele? c) Wohl Reinherus?

<sup>1</sup> Offenbar ist der hier bezeichnete dem Kloster Mauersmünster verliehene Hof zu Straßburg identisch mit demjenigen, der in der Pancharta Pabst Alexanders III 1179 April 12 für dasselbe Kloster so bezeichnet wird: apud beatum Petrum curiam Argentinensem cum exitu viæ ad ipsam beati Petri ecclesiam. Schöpflin Als. dipl. I, 268 nr. 323; Würdtwein Nova subs. dipl. X, 79 nr. 29. — Jaffé Reg. pontif. nr. 8710. In einem Güterverzeichnis der Abtei, das in die ersten Decennien des 12ten Jahrh. fällt, werden als Straßburgischer Besitz nur erwähnt: ad Strahburg civitatem mansa sancti Martini, in ipsa civitate sunt areales novem. Würdtwein Nova subs. dipl. VII, 66 nr. 25. Cfr. Schöpflin Als. dipl. I, 201 nr. 249, wo es abweichend heißt: Argentine 2 solidi in festo sancti Martini, in eadem urbe 4 solidi de nostra curia in festo sancti Martini et 2 in festo sancti Johannis. (Nov. 11 u. Juni 24.)

<sup>2</sup> Ein Hecele de Wangen als Zeuge für das Kloster Mauersmünster schon im Jahre 1147, ebenso Reinherus causidicus, s. nr. 99. 40